



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCCXLVIII. De Impugnatione Castri Christmemelae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

occiderunt, eorumarma, equos & quæcunque alia secum deducentes.

## CAP. CCCXLVII.

*De*  
Fratre Wernerō Magistro Generali &  
terra Pruschia.

Frater Wernerus de Orsele Magister Generalis XIV. terræ  
Pruschiæ XX. hoc anno scil. MCCCXXIV. sexta die Mensis  
Julii in domo principali Mergenburg est clectus & præfuit an-

nis (\*).  
(\*) Reliqua Dusburgius omisit data opera, cum adhuc Magister ille  
esset in vivis supplici itaque poslunt hæc ex aliis. Dicitur au-  
tem Wernerus hic præfuisse sex annis. Occisus est à fratre Jo-  
anne à Bindorff, Marcæburgi ante templum in vigilia S. Elisa-  
bethæ cum à vespera domum rediret, sepultus est in Marien-  
vverder in Ecclesia Cathedrali. *Vid. Continuator Dusburgensis*  
*cap. XX.*

## CAP. CCCXLVIII.

*De*,

Impugnatione Castrī Christmemelæ.

Hujus tempore eodem mense Julii CCCC. Lethovvini oc-  
cultè venientes, volebant Castrum Christmemelam expu-  
gnare : sed fratres præmuniti per quendam pescatorem, parati  
in armis dum ad pugnam accederent, in ortu diei plures vulne-  
raverunt ictibus & sagittis, & quendam virum nobilem occide-  
runt, quem dum Lethovini deportare vellent, Fratres per cre-  
bra jacula defenderunt. Tandem provocati in iram omnes con-  
venerunt, quidam ipsum mortuum cum brachiis, alii cum pe-  
dibus, reliqui cum capite rapientes, violenter deportaverunt;

Eee 2

sed



sed antequam hoc proficerent, tot ex eis vulnerati fuerunt, quod eorum numerum non audivi.

## CAP. CCCXLIX.

*De**Legatis sedis Apostolicæ, & pace facta  
inter infideles & Christianos.*

**H**oc anno etiam Joannes Papa XXII. ad suggestionem fratris Friderici Ordinis fratrum Minorum Archiepiscopi de Riga & Civium ibidem misit ad partes Livoniæ duos (*a*) Legatos (*b*) Bartholomaeum scil. Episcopum Electum & Abbatem Monasterii S. Theofredi, Annensem Diaconum Ordinis S. Benedicti, ut Regem Lethovvinorum & Ruthenorum baptizarent, qui cum in crastino B. Matthæi Apostoli & Evangelistæ venirent ad Civitatem Rigensem, fecerunt pacem inter dictos Reges & eorum subditos ex una parte, & Christi fideles ex altera, & praeciperunt eam autoritate apostolica firmiter observari, addentes, quod quicunque, pacis fieret temerarius violator, aut aliquid ageret verbo, vel facto, consilio, aut opere, per quod eorum salubre negotium impediri posset, aut aliqualiter retardari, in sententiam excommunicationis incideret ipso facto, & quan non posset nec per sedem Apostolicam absolviri. Cui sedi ipse etiam infra tres menses deberet se presentare, subitus ibi correctionem debitam pro excessu. Hoc facto Legati solennes nuncios miserunt ad Gedeminum Regem Lethovvinorum ut negotium sibi commissum à sede Apostolica proponeant & diligenter investigarent, si ipse cum populo Regni sui vellet baptismi gratiam suscipere, & relictâ Idolatriâ nomen Domini nostri Jesu Christi humiliter adorare.

ANI-